Diarii fragmentum, in quo

Multa de Moſchis in Smolenſchi obſidione referuntur

Dominus Generalis misit unum ex peditibus, qui requireret ipsum Hoſanascum, qui tractabat de pace, ut demitterent, sed nullum responsum habuit. Eadem die ictus tormenti maioris ex arce explosus in atrio Domus Domini Cancellarii Lituaniae, tres hastas fregit, eosumque occidit.

Dominus Senbec actis cuniculis sub munitione Smolensis, disiecit locum excubiarum hostium, sexaginta Moscovitas terra suffocavit.

7. februarii S. M. solemni convivio Legatos Moscovi-

tarum recreavit.

8. februarii septem Moscovitae habitu pellegrinorum deprehensi sunt cum licteris suis ad Smolenzianos, quibus illos hortatur, ne se dedant, promittant breve succursum.

9. februarii unus nobilis ex Molensco ad Castra transfugit referens de magna fame, omniumque rerum penuria, quam patiuntur obsessi.

11. februarii alius nobilis ex arce ad castra transfugit de fame eadem referens.

12. Dominus Molenschii civitatem Scerphucovo, quę ab ipso defecit, noctu aggressus, cepit, inceditque omnia aedificia, ubi multa millia hominum igne absumta sunt. Interim accepit nuntium, quo refe-

rebatur Boroscho vel deficere ad suscum, quare nocturno, diuturno itinere festinanter eo direxit exercitum, et inopinatus eius adventus oppressit suis cuniculis &c

Descriptum, et recognitum ex Libro ms. cui titulus = Nunziatura di Polonia, tom. 33. pag. 5.to, qui adservatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem Dabam &c Pridie nonas Iunii MDCCCXXXVII.

ARCHIVVM·SECRET·APOSTOL·VATICANVM

M. Marini

Tabular. S.R.E. Praefectus